



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

II. De dispensatione & praelatorum ratione facienda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

solenniter ac communiter edidimus, & promulgatas publice mandamus per eamdem prouinciam inuiolabiliter obseruari.

## C A P I T V L A.

I.

Quia multi prælati bona ecclesiastica alienant, vendunt vel distrahunt minus iuste, vel etiam locationes longi temporis & nocivas faciunt, de eisdem statuimus, ut nihil talium de cetero attentare præsumant, nisi expresse auctoritate episcopi, & consensu conuentus monasterii accedente, alias locatio & alienatio prorsus sit irrita, & alienator ab administratione temporalium, & ab ingressu ecclesiæ tamdiu sit suspensus, donec ecclesiam reddat indemnem. Et vt circa hæc fraus & alienationis materia præcludatur, volumus vt sigillum capituli non apud abbatem, vel apud prælatum, sed apud matriores & fide digniores tres fratres capitulo referueretur.

II.

Item, ne etiam res ecclesiasticæ in usus indebitos conuertantur, & fidelis dispensatio prælatorum apparentius elucescat, diffinimus, ut de bonis ecclesiæ semel in anno prælatus cuiuslibet conuentus ecclesiæ conuenientium suo de omnibus redditibus & prouentibus monasterio plenam faciat rationem, præsente episcopo, vel eius nuntio ad hoc specialiter deputato, si episcopus fuerit ad hoc requisitus: & bis vel ter in anno a suis officialibus, monachis & laicis computationem discretam faciat & fidelem: alioquin incidit supradictam \*.

per